

2880. AUS UND ZU FARDELLA, ANIMAE HUMANAЕ NATURA

Vorläufige Datierung: Ende November bis 3. Dezember 1698

Überlieferung:

- 5 L Auszug mit Bemerkungen aus M. A. FARDELLA, *Animae humanae natura ab Augustino detecta in libris de animae quantitate, decimo de trinitate, et de animae immortalitate*, Venedig 1698 [Leibn. Marg. 92]: LH IV 3, 2, Bl. 12. 1 Bl. 2^o. 1 1/2 S.

bearbeitet von Herma Kliege-Biller

[Anhaltspunkte zur Datierung:] Unser Stück entstand bei der Lektüre von M. A. FARDELLA, *Animae humanae natura ab Augustino detecta in libris de animae quantitate, decimo de trinitate, et de animae immortalitate*, Venedig 1698. Das Werk war im Juli 1697 druckfertig (vgl. II, 3 N. 129 u. N. 130), der Druck begann im Januar 1698 (vgl. II, 3 N. 149). Am 13. Juni 1698 sandte Fardella Leibniz das Titelblatt (mit II, 3 N. 176), am 24. Oktober durch einen im Begleitbrief nicht namentlich genannten Deutschen ein Exemplar des Werks (mit II, 3 N. 186; vgl. dazu auch den ausführlicheren Brief II, 3 N. 187). Leibniz arbeitete das Buch kurz nach Erhalt wohl unmittelbar vor dem oder direkt am 3. Dezember durch (vgl. II, 3 N. 191), versah es mit einigen wenigen Marginalien und Unterstreichungen und fertigte dabei die vorliegenden Auszüge an. Während Leibniz sich von den einleitenden Passagen des Buches umfangreichere Notizen erstellt, beschränkt er sich danach eher auf wenige wörtliche Zitate, bevor er – zutiefst verärgert über Fardellas abfällige Äußerungen zu Mathematikern, die er als einen Angriff auf sich und seine Freunde, die Brüder Bernoulli, wertet – seine Lektüre und den Auszug abbricht und sich am 3. Dezember 1698 mit II, 3 N. 191 brieflich an Fardella wendet. Dieser Brief liegt in drei Fassungen vor, dem Grundkonzept von Leibniz' Hand und zwei stark überarbeiteten Reinschriften, die beide von Leibniz unterschrieben worden sind. Dieser Brief mit seiner harschen Kritik an Fardella ist aller Wahrscheinlichkeit nicht abgefertigt worden. Leibniz reagiert erst am 28. Februar 1699 mit II, 3 N. 202 auf die Übersendung des Buches und wiederholt dabei die in N. 191 geäußerte Kritik in etwas abgemildeter Form, und nur auf diesen Brief geht Fardella mit N. 208 ein, bevor es aufgrund der Meinungsverschiedenheiten zu einer fünfjährigen Unterbrechung der Korrespondenz bis zum Jahre 1704 kommt.

Längere Passagen, die Leibniz wörtlich in seinen Auszug übernommen hat, kennzeichnen wir durch Kursivierung ohne weiteren Nachweis.

[Thematische Stichworte:] mens humana; mens cogitans; unio animae et corpus; monas; anima; corpus; animus; virtus

[Einleitung:] —

Animae humanae natura ab Augustino detecta etc. exponente Mich. Angelo Fardella etc. ad incorpoream et immortalem ejus naturam demonstrandam Venetiis 1698. fol.

Dedicat Henrico S. Romanae Ecclesiae titulo S. Augustini Cardinali de Noris[.] Excitatum sese olim viso opere Norisii quo Augustinum vindicet contra eos qui Mentem ipsi corpoream esse dixere[.]

[ad p. I-VI] In praefatione se juvenem in Sicilia viros insignes de natura animae consulu-
 luisse. Eos qui telluris viscera siderum cursus maris aestum, infinita extra mundum spatia
 agitent animo fassos se quae sensus feriant tantum cognoscere, naturam vero animae ignorare
 aut sola fide cognoscere id se in stuporem dedisse. Itaque consuluisse philosophos veteres, sed
 irrito labore. Aristotelem acutum, sed involutum reperisse[,] Platonem agnovisse immortali- 5
 tatem et dignitatem, sed non explicasse naturam[,] omnes veram mentis naturam ignorasse.
 Hac igitur spe depulsum posthabita rerum spiritualium investigatione se disciplinis vacasse
 quae mentem corporibus scrutandis obstringunt; tandem incidisse in aureum Augustini
 libellum *de quantitate animae*, cui noscendo dederit occasionem *sapientissimus Cardinalis*
Norisius [. . .] *ea* [. . .] *vindiciarum parte, ubi Augustinus ab eorum injuria vindicatur qui* 10
 [. . .] *corporeum effecisse animum* [. . .] *arbitrantur*[,] inde legisse librum X[,] *de Trinitate*[,]
 Igitur *post tot immites procellas quae huc illuc infeliciter* [. . .] *jactaverant* delatum se in
 portum Patavini Lycei ad has lucubrationes se animum adjecisse. *Consilio et eruditis Epistolis*
 plurimum contulisse Antonium Magliabechium[,] Mentem ab Augustino illustratum *in ipsa*
carne insectilem spiritum reperire, in rerum multitudine summam et immutabilem Unitatem[,] 15
 [. . .] *in rebus minutissimis maxima et prope infinita detegere*. Prima pars ad Augustini librum
de Quantitate Animae, secunda ad librum X[,] *de Trinitate*, tertia ad opus ejus de animae
 immortalitate[.]

[ad p. IX-X] Primum exhibet Autor in Compendio Augustinum meditantem in libro *de*
Quantitate Animae adjunctis passim quae alicubi de Anima dispersa tradidit[.] 20

[ad p. XI-XII] Mens cogitans dubitare nequit quin sit. Mentis patria et habitatio Deus[,]
 mens Deo similis. Non minus est simplex quam vulgaria Elementa. Mens magna non mole sed
 virtute. Justitia melior arbore, haec est ergo potiore jure justitia, sed hujus nulla moles (+ sed
 justitia non est substantia [+].) Mens si corporea esset, foret spatio corporis comprehensa, ut
 aër per membra diffusus[,] sed hoc falsum, ut vel ex memoria apparet; qua diffundor ultra 25
 spatium corporis mei. Locorum remediorum imagines memoria continentur[.] Magnae ima-
 gines non nisi in magnis corporibus, sed in me imagines ingentes, corpus non magnum[.] [ad

3 fassos (1) se naturam Animae ignorare penitus et (2) se L 3f. animae (1) , et quae (2) ignorare
 (a) et |(b) aut ers. |L 4 cognoscere (1) id sibi stuporem dedisse (2) id L 4 philosophos erg. L
 5 irritio (1) (rursus) (2) labore L 5 Platonem (1) pro mentis (2) agnoviss (3) agnovisse L 6 non (1)
 cognovisse |(2) explicasse ers. |L 19 in libro erg. L 20 passim erg. L 21 et habitatio erg. L
 22 mens Deo similis erg. L 23 melior (1) plur (2) arbore L

10 vindiciarum parte: vgl. E. NORIS, *Vindiciae Augustinae quibus S. Doctoris scripta adversus Pela-
 gianos, ac Semipelagianos a Recentiorum censuris asseruntur*, Padua 1673, cap. 4, § 1, S. 97–99. 17 de
 animae immortalitate: vgl. A. AUGUSTINUS, *De immortalitate animae*.

p. XIII-XIV] Quaeritur quomodo ergo imagines rerum corporearum in incorporeo. Ita expediam, non possum cogitare longitudinem sine latitudine[,] nam seu longitudine in duas lineas dividi nequit seu ab extremitate *A* ad extremitatem *B*[,] attamen intelligentiae acie eas sejungo. [ad p. XV-XVI] Tres lineae figuram facere possunt, sed in quadrilatero plus perfectionis, quia
 5 plus aequalitatis, nam non ut in triangulo angulus lineae sed linea opponitur, et angulo angulus[,] sed in Circulo summa perfectio[.] Ibi longitudo, latitudo, altitudo seu Cylinder (+ sed Cylindro praestat sphaera +)[.] [ad p. 1–5] Punctum melius omnibus quia insectile, unitatem exhibet, tam validum ut nullo indigeat. Eodem modo animus insectilis robustissimus tamen, verumque punctum veraque linea insectilis seu latitudine carens non nisi in animo,
 10 quanto magis animus insectilis, imo amplius corpus ab animo ex falso fit verum, nam nulla vera superficies insectilis extra animum et tamen sine hac corpus non est terminatum. Itaque si animus non esset nullum verum corpus esset. Animus ergo non corpus est sed corpore melius et perfectius. Amore autem corporum (ut assuefacti simus) fit ut putem me esse id sine quo me cogitare non possum. Imaginem corporum velut in substantiam meam converti, ut me corpori
 15 similem putem[.] Haec si a me rursus detraham nil aliud sum quam totus animus id est intelligens, caetera ut aërem, se esse animus non scit sed putat. Secernatur quod se esse putat, erit quod se scit esse. Substantia ergo sum rationis particeps, corpori intelligendo accommodata. [ad p. 6–7] Ratio est mentis aspectus qua per se veritatem intuetur. Immutabilis ratio est quae animo inhaeret, ergo et animus interire nequit. Interire non possum si separari a ratione
 20 non possum. Etiam cum erro non separor prorsus a veritate, nam verum est quod intelligo me putare. At objic[i]t Epicurus animum cum corpore crescere et decrescere item animam per corpus expandi, nam sentio ubique pungentem. [ad p. 8–9] Ad priorem objectionem respondetur, aliud esse majus aliud melius aequali quadrato non major Circulus sed melior, ita et animus corpore crescente virtute non mole augetur; Nec moles sed exercitium animi virtutem
 25 auget, ipsa corpora minora saepe efficaciora. Cum superflua imo noxia discimus, magis tumet animus quam crescit. [ad p. 10] In senecta decrescente corporis robore saepe animi vis major. Quod alteram attinet Epicuri objectionem, necesse non est ut anima sit ubi sentit, atque adeo sit extensa. [ad p. 11] Ipsa corporis organa sentiunt ubi non sunt. Sentire est non latere animum quae corpus patitur immediate. [ad p. 11–13] Oculus videt solem non ubi ipse est, sed ubi est
 30 sol. Cum sonos audio non corpus sonoros numeros in me velut Architectus efformat, alioqui animus ab ignobiliore pateretur, sed animus corpore utens eos ad se progignit[.] Dubitari potest merito an ego vere in corpore sim. Forte sum in corpore amati potius quam meo. [ad p. 13–14] Sed una superest magna difficultas, quod brutorum animae extensae divisibiles videntur cum secto corpore quaelibet pars vivit. Sed dubitari potest an anima eorum secto corpore secetur,

1 incorporeo. (1) Non (2) Hac (3) Ita L 2f. nam ... B erg. L 12 esset. (1) ⟨an⟩ amor a corpo (2) Animus L 20f. me (1) arbitrari (2) putare L 27 Quod (1) animam (2) alteram L 27 ut (1) animus (2) anima L

nam motus qui cernitur posset esse ab impetu inclusae igneae substantiae[,] posset tamen animal corpore discisso in omnibus partibus vivere[,] ut nominis notio insectilis est etsi sectilis sit sonus. [ad p. 15] Cum *solis* vox secatur, pars nulla vivit, at cum *lucifer* secatur, quaevis pars vivit notione sua quasi vita, *luci* et *fer*[.] Et fieri potest ut eadem anima indivisa sectae lacertae partes animet, licet divulsa[.]

5

[ad p. 15–17] Virtus mea maxima post divinam. Primus gradus animae animatio, dum corpori tribuo, vim et energiam[,] hoc et in planta, secundus gradus sensus, quo per organorum tubos velut effusus rerum imagines mihi exhibeo[,] et magis etiam sensibus qu[i]escentibus in somno. Hunc gradum et bruta habent. Tertius gradus Ars qua corporum tempero vires[,] hic gradus communis et malis. Quartus gradus est virtus dum mens ad incorporea conversa 10 mentem a phantasmatis purgat[.] Quintus gradus tranquillitas domita consuetudinis resistentia[.] Sextus ingressio in beatissimam veritatis lucem[.] Septimus ubi mansio seu contemplatio, ubi fruor veritate. Deo ego subdor, mihi corpora[.]

[ad p. 18–19] Sequitur liber ipse Augustini *de Quantitate animae* cum Expositione.

Autor in ipsa Tituli Expositione putat quae intellectu et ratione carent, nec conscia sunt, 15 non vere vivere, quid enim, inquit, prodest vita nescientibus. Itaque Augustinum hic intelligere animae nomine humanam. Hinc in libro *de spiritu et anima*, ita describere Animam, quod sit spiritus intellectus rationalis, *semper vivens semper in motu, bonae malaeque voluntatis capax* et *de quant. animae* c. 14. *Est* inquit, *substantia rationis particeps, corpori regendo accomodata*[.]

20

[ad p. 20] Augustinus in *Retractat.* lib[.] 1. c. 8. in suo libro *de Quant. Animae* explicat, quod dixerit animam artes secum attulisse, et discere esse meminisse, hoc non intelligendum quasi alibi in Corpore vel extra Corpus vixerit, sed quod ea quae sola intelligentia capit (secus est quae ab Experimentis et observationibus) habeat a seipsa. Cum etiam dixerit reddendum hominem sibi, praestitisse dicere reddendum Deo, sed ut sibi reddatur praeparatorium esse, 25 sicut filius prodigus prius ad se reversus, post ad patrem[.]

[ad p. 26–27] In Expos. c. 1. putat pater pag. 26. *Cum Deus sit ratio cur sit et intelligat anima* [. . .] *repugnat in nobis Dei* ignorantia et impossibilis est Atheismus speculativus[.]

[ad p. 31] Ad cap. 2. p. 31. *anima seipsam incessanter intelligendo progignit.* Addit: *evidenter possibilis est aliqua finita et creata mens* quae non tantum sui imagines accidentarias 30 progignat, sed et in substantialem quandam sui imaginem prorumpere valeat.

5f. divulsa[.] (1) Animae virtu (2) Virtus L 8 tubos (1) (rerum) imagin (2) velut L 21 Animae (1) reprehendit | (2) explicat *ers.* | L

17f. libro . . . capax: vgl. (PSEUDO-)AUGUSTINUS, *De spiritu et anima*, cap. 13 (PL 40, Sp. 788), eine früher Augustinus zugeschriebene Textsammlung aus der Zeit um 1170. 19f. *de . . . accomodata*: vgl. A. AUGUSTINUS, *De quantitate animae*, Cap. 13, § 22. 21 *Retractat.*: vgl. A. AUGUSTINUS, *Retractionum libri duo*, I, 8. 26 filius prodigus: vgl. *Lukas* 15, 11–32.

[ad p. 61] Autor ad cap. 8. p. 61. sectiones Conicas in Circuli potestate contineri. Hoc inquit *si Analyticae vel Algebraicae Artis Cultores diligenter animadverterent auxiliante Circulo solidarum aequationum labore posthabito, expeditius innumera problemata solverent*[.]

5 [ad p. 85] Ad c. 13. p. 85. *Nomen [. . .] substantiae proprie Monadi nimirum Unitati congruit, cujus inter res creatas insigniora vestigia et delineamenta insectiles et inextensae naturae sunt quae post immutabilem et Archetypam unitatem secundae et derivatae substantiae nomen obtinent. Nam ut in nostris investigationibus ostendemus sola et increata unitas vere substantia est, ob quam rationem a nobis substantia prima et exemplaris nuncupatur,*
 10 *cujus praestantissima vestigia et imitamenta res indivisibiles a corporis mole alienae sunt.*

[ad p. 86] P. 86. de *animae et corporis unione fuse in meis investigationibus dicam*[.]

[ad p. 148] Augustinus c. 26[.] Ex propria experientia de vermiculo in Liguria in agro in duas imo plures partes secto, quarum quaevis ea pernicitate in diversa movebatur, ut per se vermis esse videretur, itaque se nisi profunde dudum meditatus fuisset de natura corporis
 15 speciei, quae inest corpori, et motu ad dandam iis palmam qui corpus esse animam dicunt fuisse declinaturum.

[ad p. 167–168] P. 167. ad caput ultimum, de *animae*, inquit *nostrae virtute et praestantia hic crassiori minerva, [. . .] eandem [. . .] materiam fusius enucleatius et diligentius exagitationibus in libro nostrarum investigationum, ubi intimius animae humanae vires indolem et*
 20 *affectiones explorare curabimus*[,] *quin etiam occasione textus jam a nobis in prima hujus operis parte explanati complures quaestiones excitabimus, in quibus potissimum summam aequalitatis naturam insectilium rerum potestatem, rectam dubitandi methodum, sinceram ventorum originem, latentem sensus causam Mathematicarum dimensionum veritatem demonstrativa quadam ratione atque copiose aperiemus.*

25 [ad p. 170–171] Appendix Autoris sub titulo *salutaris admonitionis*: p. 170. Deus primum et summum omnium exemplar. Mens humana insignius divinae substantiae imitamentum, sed tamen animae tantum perfectionum partis[.]

[ad p. 180] p. 180. quid *mathematici etiam magni nominis florent, qui dum intricatiora magisque nodosa problemata prorsusque ab usu remota vigiliis et operosissimis calculis*
 30 *impallescens ad alios potissimum Geometriae Cultores lacessendos et vexandos contexunt, aut ipsi solvere et extricare conantur, adeo intelligentiam defatigant, ut animus quodammodo*

14f. corporis (1) formae (2) speciei L 25 sub ... admonitionis erg. L

11 de ... dicam: vgl. M. A. FARDELLA, *Investigationi de Deo, anima, et universa natura*, zunächst geplant als vierter Teil von *Animae humanae natura ab Augustino detecta* (Venedig 1698), dann als Einzelpublikation; nicht erschienen. 12–16 Augustinus ... declinaturum: vgl. A. AUGUSTINUS, *De quantitate animae*, cap. 31, § 62–63.

enervatus et elumbatus, ineptus atque invalidus ad severiora studia prosequenda et exercenda infeliciter evadat etc.

[ad p. 182] Et p. 182. *summopere detestandi [. . .] qui Hebraicis, Chaldaicis, Arabicis, et Aegyptiacis characteribus delineandis nominibusque memoriter recitandis incessanter addicti*
[bricht ab]